

rabán, dice, todos en oír las instrucciones de los Apóstoles, y en la comunicacion de la fraccion del Pan ó Eucaristía, y en la oracion. Esto es, predicacion, misa con comunión, y oracion. Estas tres cosas, dice Cornelio Alápide, son necesarias á la Iglesia y á cada uno de los fieles; son como su alma y su vida. Así como para la vida corporal se requieren tres cosas, sol, pan y respiración, así tambien para la vida espiritual se requiere el sol espiritual, que es la divina palabra, el pan espiritual, que es la Eucaristía, y la respiracion espiritual, que es la oracion.

Ya ven, pues, los seminaristas cuán fundados son nuestros deseos de que todos cada dia, además de la oracion mental, oigan la santa misa y comulguen en ella, si no todos los dias, á lo menos cada ocho: y seria muy laudable que cada dia hubiese algunos que comulgasen, no los mismos siempre sino por turno, ó segun ellos pudiesen, y el director espiritual aprobase ó dispusiese; así se imitaria en algun modo á aquellos primitivos fieles, que por la frecuente comunión eran tan santos y perfectos, dice el mismo Cornelio.

## CAPÍTULO XIII.

### *Primer modo de oír la santa misa.*

#### ORDINARIO DE LA SANTA MISA SEGUN EL MISAL ROMANO.

Puesto el sacerdote delante del altar hace la señal de la cruz, y dice lo que sigue con el ministro ó ayudante que le responde.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Amen.

S. Introibo ad altare Dei.

M. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

S. Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo et doloso erue me.

M. Quia tu es, Deus, fortitudo mea, quare me repulisti? et quare tristis incedo dum affligit me inimicus?

S. Emitte lucem tuam et veritatem tuam; ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

M. Et introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

S. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me?

M. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

M. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Las misas de difuntos y las del tiempo de Pasion principian desde aqui.

S. Introibo ad altare Dei.

M. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Se santigua el sacerdote diciendo :

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

M. Qui fecit cœlum et terram.

S. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

M. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.

S. Amen.

Despues, inclinados profundamente los ministros ó ayudantes, repiten la Confesion; y donde el sacerdote dice *vobis, fratres*; se dice: *tibi, pater*. Despues dice el sacerdote:

S. Misereatur vestri omnipotens Deus, et di-

missis peccatis vestris perducat vos ad vitam æternam.

M. Amen.

S. Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.

M. Amen.

S. Deus, tu conversus vivificabis nos.

M. Et plebs tua lætabitur in te.

S. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

M. Et salutare tuum da nobis.

S. Domine, exaudi orationem meam.

M. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo.

Subiendo el sacerdote al altar dice:

S. Oremus.

Aufer à nobis, quæsumus, Domine, iniquitates nostras, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Luego besa el altar diciendo:

Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt, et omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen

Despues se santigua y lee el Intróito que corresponde al dia; en seguida dice:

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Christe eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Vuelve al medio del altar y dice:

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnipotens. Domine, Fili unigenite, Jesu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis: quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Jesu Christe, cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

Vuelto despues el sacerdote al pueblo dice:

S. Dominus vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo.

Despues de haber dicho la Oracion ó Colecta, la Epistola y Gradual que corresponden al dia, va al medio del altar, y dice:

Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiaæ Prophetæ calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut Sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Jube, Domne, benedicere.

Dominus sit in corde meo, et in labiis meis, ut digne et competenter annuntiem Sanctum Evangelium suum. Amen.

Va despues al lado del Evangelio, y dice:

S. Dominus vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo.

S. Sequentia (vel initium) † Sancti Evangelii secundum N.

M. Gloria tibi, Domine.

Lee el Evangelio del dia, y concluido, responde el ministro ó ayudante:

M. Laus tibi, Christe.

Besa despues el Evangelio, y dice:

Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Volviendo luego al medio del altar, extendiendo, alzando y juntando las manos, dice:

Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem,

factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem, descendit de cœlis: *Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est.* Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem. Qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et unam, Sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

Concluido el Credo besa el sacerdote el altar y se vuelve de cara al pueblo, diciendo:

**S.** Dominus vobiscum.

**M.** Et cum spiritu tuo.

Despues dice *Oremus*, y el Ofertorio que corresponde al dia; y concludida la oracion toma la patena con la hostia, y levantando las manos y los ojos al cielo, dice:

Suscipe, Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus christianis, vivis atque defunctis, ut mihi et illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Despues hace la señal de la cruz con la misma patena, coloca la hostia sobre el corporal, y tomando el cáliz pone el vino en él, y bendice el agua, que mezcla con el vino.

Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis, per hujus aquæ et vini mysterium ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus, Filius tuus, Dominus noster. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Despues toma el cáliz, y lo ofrece diciendo:

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam, ut in conspectu divinæ Majestatis tuæ pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Despues hace la señal de la cruz con el cáliz, junta las manos sobre el altar, y dice:

**In spiritu humilitatis, et in animo contrito sus-**

cipiamur à te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Despues extiende las manos, y levantándolas al cielo, dice:

Veni, sanctificator omnipotens æterne Deus, et benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum.

Despues se lava los dedos, diciendo lo que sigue:

Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine: ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua. Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam: in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei. Pes meus stetit in directo: in Ecclesiis benedicam te, Domine. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Vuelve el sacerdote al medio del altar, é inclinado un poco dice:

Suscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis et Ascensionis Domini nostri Jesu

Christi, et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Joannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Besa otra vez el altar, y volviéndose de cara al pueblo, dice:

Orate, fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Y el ayudante con el pueblo responde:

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

El sacerdote responde en voz baja: Amen.

Despues en la misma voz dice las oraciones secretas que correspondan al dia, y concluidas dice en voz alta:

S. Per omnia sæcula sæculorum.

M. Amen.

Luego saluda el sacerdote al pueblo en el modo ordinario, diciendo:

S. Dominus vobiscum:

M. Et cum spiritu tuo.

Despues dice el sacerdote:

S. Sursum corda.  
M. Habemus ad Dominum.  
S. Gratias agamus Domino Deo nostro.  
M. Dignum et justum est.

PREFACIO COMUN.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Christum Dominum nostrum : per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus † qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

CÁNON DE LA MISA.

El sacerdote levanta las manos al cielo, las junta despues, se inclina, y dice:

Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas et benedicas, hæc † dona, hæc † munera, hæc † sancta sacrificia illibata ; in primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica, quam pacifica-

re, custodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarum : una cum famulo tuo Papa nostro *N.*, et Antistite nostro *N.*, et Rege nostro *N.*, et omnibus orthodoxis, atque catholicæ et apostolicæ fidei cultoribus.

CONMEMORACION POR LOS VIVOS.

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum *N.*, *N.*

Aquí hace una páusa el sacerdote para encomendar á Dios á aquellos por quienes quiere pedir en particular, y despues continúa :

Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se, suisque omnibus pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ : tibi que reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

INFRA-ACCION.

Communicantes, et memoriam venerantes in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi ; sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum Petri et Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi, Lini, Cleli, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiani, et omnium Sancto-

rum tuorum, quorum meritis, precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

El sacerdote, poniendo las manos extendidas sobre la hostia y el cáliz, dice:

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pæce disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam †, adscriptam †, ratam †, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis corpus †, et sanguis † fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi.

#### CONSAGRACION.

Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas; et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, bene † dixit, fregit, deditque discipulis suis dicens: Accipite et manducate ex hoc omnes: *Hoc est enim Corpus meum.*

El sacerdote adora de rodillas el cuerpo de Nuestro Señor Jesucristo, y luego lo eleva para que el pueblo lo adore.

Simili modo postquam cœnatum est, accipiens et hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, bene † dixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite et bibite ex eo omnes: *Hic est enim Calix sanguinis mei, novi et æterni Testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Y despues de haber adorado el sacerdote la sangre de Nuestro Señor Jesucristo, eleva el cáliz para que el pueblo lo adore; y luego dice:

Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatæ Passionis, necnon et ab inferis Resurrectionis, sed et in cœlos gloriosæ Ascensionis: offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis ac dotis, Hostiam † puram, Hostiam † sanctam, Hostiam † immaculatam, Panem † sanctum vitæ æternæ, et Calicem † salutis perpetuæ.

Supra quæ propicio ac sereno vultu respicere digneris, et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justii Abel, et sacrificium patriarchæ nostri Abrahamæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Hace una profunda reverencia para humillarse delante de Dios, diciendo:

Supplices te rogamus, omnipotens Deus; jube

hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublimi altare tuum in conspectu divinæ Majestatis tuæ: ut quotquot, ex hac altaris participatione, sacrosanctum Filii tui Corþus, et Sanctum sumpserimus, omni benedictione cœlesti et gratia repleamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CONMEMORACION DE LOS DIFUNTOS.

Aquí encomienda el sacerdote á Dios los difuntos por quienes desea pedir en particular; y despues de una páusa, continúa diciendo:

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum *N., N.*, qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis.

Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas deprecamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Al decir las primeras palabras que siguen se da un golpe en el pecho levantando un poco la voz.

Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus: cum Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, et omnibus Sanctis tuis, intra quorum nos

consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum.

Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctiþficas, viviþficas, beneþdicis, et præstas nobis.

El sacerdote se arrodilla despues de descubrir el cáliz, se levanta, toma la hostia y hace con ella sobre el cáliz los signos que indican las palabras siguientes:

Per ipþsum, et cum ipþso, et in ipþso, est tibi Deo Patri þ omnipotenti, in unitate Spiritusþ Sancti, omnis honor et gloria.

El sacerdote eleva un poco el cáliz con la hostia, y despues de hincarse de rodillas y tapar el cáliz, dice en alta voz:

S. Per omnia sæcula sæculorum.

M. Amen.

OREMUS.

Præceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

S. Et ne nos inducas in tentationem.

M. Sed libera nos à malo.

Responde el sacerdote: Amen.



Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, et futuris: et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adjuti, et à peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

El sacerdote, haciendo la fraccion de la hostia, dice:

S. Per omnia sæcula sæculorum.

M. Amen.

S. Pax † Domini sit † semper † vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo.

El sacerdote echa una parte de la hostia en el cáliz, diciendo:

Hæc commixtio et consecratio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

Dándose golpes de pecho, dice:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

En las misas de difuntos, en lugar de las palabras *miserere nobis*, se dice *dona eis requiem*, y la tercera vez se añade *sempiternam*.

Inclinase profundamente el sacerdote, y dice la oracion siguiente para pedir á Dios la paz de la Iglesia:

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ: eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum corpus, et sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, et universis malis: et fac me tuis semper inhærere mandatis, et à te nunquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Perceptio corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in iudicium et condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

El sacerdote adora la sagrada hostia, la toma en sus manos, y dice en voz baja:

Panem cœlestem accipiam, et nomen Domini invocabo.

Despues levanta la voz, y dándose golpes de pecho, dice tres veces:

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Despues hace la señal de la cruz con la sagrada hostia, y dice:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Despues que ha recibido el cuerpo de Nuestro Señor Jesucristo toma el cáliz y dice:

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

Toma la patena, recoge con ella todas las particulas que han quedado en los corporales, las mezcla en el cáliz, y tomándolo dice:

Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

Hace la señal de la cruz con el cáliz, diciendo:

Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Despues que ha recibido la sangre de Nuestro Señor Jesucristo, toma vino en el cáliz para la primera ablucion, y dice:

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus, et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Y tomando vino y agua en el cáliz para la segunda ablucion, dice:

Corpus tuum, Domine, quod sumpsi, et sanguis, quem potavi, adhareat visceribus meis; et præsta, ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Despues, estando al lado de la Epistola, dice la oracion llamada *Communio*, y concluida esta se vuelve de cara al pueblo, y dice:

S. Dominus vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo.

Despues reza la oracion llamada *Postcommunio*, y concluida esta se vuelve de cara al pueblo, y dice:

S. Dominus vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo.

S. Ite, missa est.

M. Deo gratias.

En las misas de difuntos, en lugar de las palabras *Ite, missa est*, se dicen las siguientes:

S. Requiescant in pace.

M. Amen.

En las misas de los domingos de Adviento y en la Cuaresma se dice:

S. Benedicamus Domino.

M. Deo gratias.

El sacerdote, inclinándose en medio del altar, junta las manos y dice:

Placeat tibi, Sancta Trinitas, obsequium servitutis meæ, et præsta, ut sacrificium, quod oculis Majestatis tuæ indignus obtuli, tibi sit acceptabile: mihiq; et omnibus pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Besa el altar, y volviéndose de cara al pueblo le echa su bendición diciendo:

S. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus.

M. Amen.

Pasa al lado del Evangelio, y dice:

S. Dominus vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo.

S. Initium Sancti Evangelii secundum Joannem.

M. Gloria tibi, Domine.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est, nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes cre-

derent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ et veritatis.

M. Deo gratias.

#### CAPÍTULO XIV.

*Segundo modo de oír devotamente la misa.*

#### OFRECIMIENTO.

Ó Dios mio, yo os ofrezco este sacrificio del Cuerpo y Sangre de Nuestro Señor Jesucristo en testimonio de que os reconozco por mi supremo Señor y Criador; en accion de gracias por todos los beneficios que os habeis dignado hacer, no solamente á mí sino á todas las demás criaturas; en satisfaccion de mis culpas y de las de todos los hombres; en sufragio de las almas del purgato-